



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lect[i]o q[ua]rta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31634**

**S**marini episcopi. **Lectio prima.**  
 Anctus est frater ac do-  
 placitum ut natalem bti lau-  
 rentij precipua deuotione ye-  
 neremur. cuius radiantibus fla-  
 mis. uictrix in hunc quoque di-  
 ez toto orbe christi choruscet  
 ecclesia. Qui cum in sede glo-  
 riosissimi patriarche diaconatus  
 fungeret officio: puritate inno-  
 centis uite fortissimèq; mortis  
 triumpho apostolico se confor-  
 tio copulauit. Tu autem domi-  
 ne miserere nobis. Deo grās.  
**R.** Leuita laurentius bonus  
 opus operatus. est qui per sig-  
 num crucis cecos illuminauit.  
 Et thesauros ecclesie dedit  
 paupibus. **V.** Dispsit dedit  
 paupibus iusticia eius manet  
 in seculum seculi. **Et thesau.**  
**N**ec immerito **Lectio secunda**  
 eum apostolorum supparem  
 predicamus cui et castitas a-  
 nimi leuiticum ministerium  
 dedit et plenitudo fidei mar-  
 tiri contulit dignitatem. Tu  
 autem domine miserere nobis.  
**R.** Puer meus noli timere.  
 quia ego sum tecum dicit do-  
 minus dum transieris per ig-  
 nem flamma non nocebit te.  
 Et ardor ignis non erit in te.  
**V.** Donec ponas inimicos tuos  
 scabellum pedum tuorum.  
 Et ardor ignis. **Lectio tertia**  
**Q**uem venerabilis sicutus ro-  
 mane urbis antistes. cum un-

pietatem seientis mundi per-  
 tormenta superaret: et regnis es-  
 set celestibus iam vicinus. vi-  
 deretq; eum patna de morte  
 tristissimum. ita illum spiritu  
 prescientie compellasse narra-  
 tur. Noli fili mestus esse post  
 triduum me sequeris. Tu au-  
 tem domine miserere nobis. **D.**  
**R.** Strinxerunt corporis me-  
 bra posita in craticula subijci-  
 entibus prunas exultat leui-  
 ra christi. Beate laurenti mar-  
 tir christi incede pro nobis.  
**V.** Carnifices vero uigentes  
 ministrabant carbones sub  
 cratem ferream. Beate. **Glo-**  
**ria.** Beate. **In secundo nocto**  
**turno anti.** Beatus laurenti-  
 us dixit domine **ut supra i ve-**  
**spis. ps.** Cum inuocarem. **V.**  
**Anti.** Dixit romanus ad be-  
 atum laurentium video in te  
 iuuenem pulcherrimum festi-  
 na me baptizare. **Ps.** Verba  
 mea. **An.** Beatus laurenti-  
 dixit mea nox ut supra. **V.** Po-  
 suisti domine sup caput eius.  
**U**nde apparet **Lectio quarta.**  
 charissimi beatum laurentium  
 non descedoris sui victoria ha-  
 buisse tristitiam sed doluisse  
 quia etiam ipse non mundum  
 cum suo pariter sacerdote uin-  
 cebat. Noli inquit fili mestus  
 esse post triduum me sequeris  
 Hoc est noli tristis esse uelut  
 apud seculum derelictus. nā

nec te fides vitæ tua tibi mor-  
te priuabit. **Tu. R.** Quo pro-  
grederis sine filio pater: quod sa-  
cerdos sancte sine diacono peras  
Tu nunquam sine ministro sacrifi-  
cium offerre consueueras. **V.**  
Quid in me ergo displicuit  
paternitati tue. nunquid dege-  
nerē. probasti experire certe vix  
idoneum ministrum eligeret:  
cui commissisti dominici san-  
guinis dispensationem. **Tu.**  
**Nulla te de meo Lectio quinta**  
transitu quo ego gaudeo pertur-  
bet anxietas quia mori et tu ha-  
biturus es de tua passione les-  
ticiam. Vere beati laurentij  
gloria singularis qui tamen deo  
suo consecutus est gratia ut ei mar-  
tir de martirio prophetaret que  
pro suorum prerogativa meritorum  
ante victoria letificauit quam pu-  
gna terreret. **Tu autem. R.** No-  
li me derelinquere pro sancte quia  
thesauros tuos iam expendi.  
non ego te desero filii neque de-  
relinquo. sed maiora tibi de-  
beni pro fide christi certami-  
na. **V.** Nos quasi senes leuio-  
ris pugne cursum recipimus:  
te quasi iuuenem magnus glo-  
riosior de tyranno triumphus  
expectat. post triduum me sequi-  
ris sacerdotum leuita. Non ego  
te desero. **Lectio sexta.**  
**Argo ut comperit ore sacer-**  
**dotis et martiris. se quoque om-**  
**nimodis assumendum cogre-**

gatis inopum turbis ecclesia  
sticum censum religiosa libera-  
litate diuisit. Quam profundum  
spiritualium viri et que celestis consilium  
ut et egenis consuleret et multi-  
tudine consumente que dede-  
rat inueniri non possit quod rapere  
pescuor. **Tu. R.** Beatus lau-  
rentius dixit ego me obruli sa-  
crificium deo In odore suauita-  
tis. **V.** Quam ad te orabo domine  
mane exaudies vocem meam. **In**  
**odore. Gloria. In odore. In**  
**lij. noct. an.** Strinxerunt corporis  
membra posita super craticulam  
ministrantibus prunas exultat le-  
uita christi. **ps.** In domino confite-  
bor. **an.** Igne me examinasti et non  
est inuenta in me iniquitas.  
**ps.** Exaudi domine iusti. **an.** In-  
terrogatus te domine confessus sum.  
assatus gratias ago. **ps.** Domine in  
virtute. **V.** Magna est gloria.  
**Euangelium.** Nisi granum  
frumenti cadens. **Require in**  
**comuni de vno mar. R.** Be-  
atus laurentius clamauit et di-  
xit deum meum colo. et illi soli  
seruio. Et ideo non timeo tormen-  
ta tua. **V.** Dea non obscurus  
non habet sed omnia in luce cla-  
rescit. **Et. R.** Beatus vir lau-  
rentius qui post aurum non abiit  
nec sperauit in thesauris pecu-  
nie. Fecit enim mirabilia in vi-  
ta sua. **V.** Qui potuit transgre-  
di et non est transgressus et facere ma-  
la et non fecit. Fecit enim mira-